

Dispvtationes Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Sect. 6. Impugnatur amplius opinio Nominalium, & confirmatur vera
sententia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

Disp. III. de Deo, Sect. VI.

15

Nazianz.

Athanas.
dial. 1. in
ter med.
& finem.
Gregor.
Nyssen.

Cyrill. Ale-
xand.

Hilar.

al. tanquam
aliquid
extraesse
Anselm.

*Deo & in Filio insunt ea tria Spiritui insunt. Vbi nota primò, Basilius distingue in Patre & Filio aliqua, quæ illis insunt ut Deo (quæ ait inesse quoque Spiritui sancto) & aliqua, quæ illis insunt ut Patri & Filio. Nota secundò, Basilius distingue illa ipsa quæ insunt Deo ut Deo, id est, attributa absolute & communia: cùm ait in plurali, *Quacunque*: sibi enim est pluralitas, est distinctio; Quia distinctione non potest esse nisi inter plura, id est, inter unum & aliud. Idem enim non distinguuntur à seipso. Simili modo loquitur Gregorius Nazianz, orat. 44. in sanctam Pentecosten, paulò post med. num. 14. *Omnia*, inquit, *quacunque habet Pater sunt Filiij*, præterquam quod ingenitus non est. *Omnia quacunque Filiis, Spiritus sancti sunt*, si generationem experieris. Et orat. 13. quæ est secunda de Pace num. 24 ait Trinitatem esse vias & vitam, lumina & lumen, bona & bonum, glorias & gloriam, veram ac veritatem ac spiritum veritatis, sancta & sanctitatem ipsam, Deum unumquaque, si separatum consideretur, mente videlicet ea que separari nequeunt separante.*

Athan. Dialogo 1. de Trinit. contra Anomæum: *Hypostasis est incorruptibilitas, inseparabilitas, sanctificatio. Hac omnia ut in Parvis, ita & in Filii hypostasi consideramus.* Gregor. Nyssen. toto lib. differentia essentiæ & hypostaseos, defendit hæc nomina differre significatione atque ratione. Et lib. 2. de Trin. ad Eustathium, generatim sic a de nominibus attributorum essentiæ diuinæ: *Cum aliquis uniuscunq[ue] horum nominum, & ipsius naturæ, circa quam etiam non intelliguntur, rationem reddit ac definitionem, non tandem reddat utrumque rationem.* Cyril.

Alexand. lib. 11. Thesauri cap. vniuerso propositum, de diuinis nominibus sic loquitur: *Hac omnia non substantiam, sed aliquid eorum quæ in substantia inspicuntur, significant.* Nota, aliquid eorum quæ in substantia inspicuntur: Quibus verbis aperit pluralitatem aliquam significat attributorum insecorum. Hilar. lib. de Trin. post med. ponderans illud Christi apud Ioan. cap. 16. vers. 19. *Omnia quacunque habet Pater meus sunt:* Sic ait: *Deus in his ostendit intelligendum esse quæ sua sunt, in virtute, in eremitate, in prouidentia, in potestate.* Non quid hoc Deus ita habeat, tanquam aliquid extra se, credendum sit. Sancius denique Anselm. in Proslogio cap. 18. sic Deum alloquitur: *Certe vita es sapientia tua, veritas tua; beatitudo tua, atque uita tua, et in bonum es.* Multa sunt hac. Non potest angustus intellectus tuus tangere simul inuitu viuere, ut omnibus delectetur. Quid vero ait immedia & ante, *Tu es ipsa ueritas nullo intellectu dividibilis.* Ergo uita, & sapientia, & ueritas, non sunt partes tuæ, sed omnia sunt unum: hunc habet sensum: Quod nullus intellectus, quantumvis subtilis & perspicax, possit in nature diuinæ uiritate & simplicitate distinctionem ullam realem & intrinsecam comprehendere, ac ueritatem, sapientiam, & ueritatem, non esse partes realiter. Eodemque sensu intelligendi sunt alioquin Patres, qui simil modo con-

SECTIO VI.

Impugnatur amplius opinio Nominalium, & confirmatur vera sententia.

Qvarto denique, quid opinio Nominalium repugnet etiam rationi, probatur, quia primò euidentis est res simplicissima posse cognosci imperfectè, & quidem ita ut multa eius attributa ex quæ ignoratur ut talia, ac si penitus non essent. Tali, verò modo cognosci, est cognosci per præcisionem & inadæquare: Ergo, &c. Minor patet ex definitione cognitionis præcisior, quæ est, cognoscere unum non cognito alio, scilicet licet indistincto, atque ita hoc ab illo per mentem diuidere, & secerere cognitione. Maior verò probatur exemplis manifeste. Qui videt autem res posse intelligit intuitu albedinem præsentem, non videt eius inhaesitionem, nec aliter eam intuetur, quām si non inhaereret: vnde fit ut species consecratae non possint experientiam discerni à non consecratis. Qui solo naturali lumine Deum cognoscit ex creaturis, non cognoscit Trinitatem Personarum, quia sine revelatione cognosci nequit: neque etiam nouit Dei secreta consilia, & libera decreta, de quibus ait Paulus Rom. 11. *Quas enim cognovit sensum Domini?* &c. Item quæ cogitat de Deo ut iustus est, non cogitat de illo ut misericors est: sed herinde de illo cogitarer, quāuis re ipsa misericors non est. Et cum Deus regnauit hominibus se esse Trinum, & alia quadam rationem naturalem excedens, profecto cognoverunt homines de Deo aliquid per talam regulationem, quod antea non cognoscebant. Neque respondet quacunque rei identikitur, cognosci confusa quando res cognoscitur quoniamcunque. Vel enim sensus est quod cognoscatur idem, id est, cognoscatur aliquid quod est idem cum illis: & hoc quidem verum est, sed non obest præcisionem, quia licet cognoscatur illud quod re ipsa ut tale, non tamen cognoscatur ut tale. Vel sensus est quod cognoscatur etiam ut tale, sed obscurius; quemadmodum idem cognoscitur per conceptum definitiōnis, & definitiæ: hoc aperte falsum est. Nam quicquid cognoscitur ut tale, & secundum se, etiam confusus est obiectum cognoscens: idem est enim cognosci, & obiecti cognitione. Aliud quædam attributa quæ latentes, nec sunt, nec esse possunt, obiectum cognoscens: V.g. inherencia abediens non est obiectum oculi, nec Trinitas personarum est obiectum naturale intellectus humani, Deum cognoscens imperfectè sine revelatione. Quare in tali modo cognoscendi non est tantum confusio, sed simplex ignoratio, quarundam rationum ut telium, seu attributorum indistinctorum, quæ est præcise cognoscere, & abstrahere, per omissionem aliquid realiter indistincti ab eo quod cognoscitur.

Secundò, ad distinctionem rationis ratiocinatae, & præcisionis mentalem tria requiriuntur & sufficiunt, ut recte notat Ruic, dili-

33
Primasatis
contra sen-
tentiam
Nominalium

Res pos-
sunt conci-
pi inada-
quatæ,

52 Disput. III. de Deo, Sect. VI.

Quoniam
quicunque
ad praeci-
sionem men-
talem.

12. de Trin. sect. 2. initio. Primum, pluralitas conceptuum, seu realis seu virtualis, ita ut saltem conceptus physicè unus includat virtualiter duas intellæctiones. Secundum, ut realiter & intrinsecè conueniant res ea quæ conceptibus illis significantur. Tertium, ut per illos conceptus res melius penetretur, & eleganterque, veluti diversæ perfectiones, secundum quas res virtus liter multiplex est, & æquidæcet multis. Quod postrem saltem ad mueam præcisionem requiritur. At hæc omnia posse contingere experientia ipsa manifestum est. In rerum perfectio, & intellectus nostri imperfectio, ad hoc nos cogit. Cum enim essentiam substantiarum per se non cognoscamus, sed per effectus, qui singulari non sunt adæquati essentiæ à qua procedunt: cogitur conceptum illius imperfectiæ & inadæquatum formare, secundum quod responderet tali effectui nobis noto; non est hato conceptu eiusdem, prout respondet aliis effectibus, quæm postea illis visis formamus, & ita essentiæ perfectionem melius penetramus. V. g. cum videamus hominem sentire; intelligimus eius essentiam esse principium substantiale sentientiæ, & cum brutis conuenire. Cum autem experimur ipsum ratiocinari; intelligimus eandem essentiæ glisse principium intelligendi, & in eo excedere vñuta, & accedere ad Angelos.

35.

D. Thom.
Cur & quo-
modo di-
tinguuntur
ratione at-
tributa di-
uinæ

Item ut rectè docet S. Thom. Quæst. 13. artic. 4. in corp. Intellectus noster, cùm non cognoscat Deum naturaliter nisi ex creaturis, quærum nulla perfectionem Dei aequaliter format ad intelligendum Deum conceptiones proportionatas perfecti. Ita procedentes in Deo in creaturas; conceptiones, inquit, diuersæ, & inadæquatas Dei perfectioni; sicut creaturerum perfectiones, quibus proportionantur, sunt diuersæ, & inadæquata infinita Dei perfectioni. Quæ quidem perfectiones creaturerum in Deo præexistunt vñit & simpliciter, id est, sine illa distinctione in re: in creaturis vero recipiuntur diuisæ & multipliciter. Sicut igitur diuersis perfectiæ in creaturaum respondet vnum simplex à parte rei principium, representatum per diuersas perfectiones creaturerum variè & multipliciter, ita variis & multiplicibus conceptibus intellectus nostri, respondet vnum omnino simplex à parte rei, secundum huiusmodi conceptiones imperfectiæ, id est, inadæquate intellectum. Et ideo nomina Dei attributa, licet significant vnam rem, tamen quæ significant eam sub rationibus multis & diuersis, non sunt synonima. Hæc S. Thomas: qui in libro corporis eiusdem articuli ait eiusmodi nomine non significare solum diuersas rationes, secundum diuersæ negata, vel secundum diuersos effectus conformatos: sed ipsam substantiam diuinam imperfectiæ, id est, inadæquate significare. Et tertium affirmat Deum esse unum, & plures, inadæquate scilicet: id est, plures, & rationes: quia intellectus noster, ita multipliciter apprehendit eum, sicut res creata multipliciter ipsum representant.

Tertio, ea de quibus duo contraria

verificari possunt, distinguuntur saltem ratione: contradictoria enim de eodem secundum eandem omnino ratione in vera esse non possunt. Atqui de diuinis attributis, deque essentia & rationibus diuinis, verificantur duo contradictiones: nam Filius signatur per intellectum, non per voluntatem; contra verò, Spiritus sanctus producitur per voluntatem, non per intellectum: atque ita intellectus generat, voluntas non generat; voluntas spirat, intellectus non spirat; omnipotentia nec generat, nec spirat. Item natura diuina neque generat, neque generatur: Pater verò generat, Filius generatur: natura tota communicatur Filio, Paternitas non communicatur Filio: natura non vñitur secundum se humanitatem, hypostasis Verbi vñitur secundum se humanitatem. Quare inter hæc debet saltem distinctione rationis admitti. Confirmatur, quia ubi est præcisio & inadæquatio quoad aliquam functionem reali: multò magis potest esse quoad modum concipiendi accommodatum illi functioni. At in exemplis allatis est præcisio & inadæquatio quoad functionem realem generandi, spirandi, creandi, communicandi, & unionis: Ergo &c. Item si conceptus obiectus Paternitatis esset omnino idem qui essentiæ diuinæ; tam verum esset dicere, Filiation est Paternitas; quām, Filio est essentia. Idem enim omnino est prædicatum propositionis vtriusque, quia idem omnino conciperetur & affirmetur in utraque propositione. Similiter tanDEM esset dicere essentiæ generare & generari, producere & produci, quam Patrem generare, & Filium generari. Item Filium procedere per voluntatem, & quæ ac Spiritum S. & Spiritum S. per intellectum, & quæ ac Filium: imò ambos procedere per omnipotentiam, & quæ ac creaturez quæ omnia sunt aliena à fide Catholica. Nisi enim vñam ab alio præscindi possit per iudicium; quicquid de vno affirmatur, de alio quoque affirmatur, ut ostendemus amplius paulò post: & propositiones sunt & quæ veræ, quæ de subiecto uno & eodem, re a ratione, nominibus licet diuersis significato, idem prædicatum enunciant. Ex. g. si gladius & ensis, idem & ratione significant, quidquid verè affirmatur de enī, potest verè affirmari ad gladio. Et quia hæc voces &c. & Deus, habent idem significatum re & actione: quidquid de Deo verè affirmatur ab occiso, potest affirmari sub vocis Deo: nemo de illo negaverit sub vocis occiso: quod affirmauerit sub voce Deo. Habent hic certe Nomina, ubi applicent suum ad solenne argumentum contra præcisiones. Vbi non est vnum & aliud, nō potest cognosci vnum sine alio; sed in re simplici nō est vnum & aliud: Ergo &c. Simili enim modo dicere possunt: Vbi non est vnum & aliud, non potest vna producere aut produci sine alio: num generare aut generari sine alio: vnum spirare aut spirari sine alio: vnum comunicari aut visiri sine alio. Sed in re simplici essentia diuina non est vnum & aliud: simili ergo que in qualibet persona diuina: quæ est vnum & multiplicatum; noui est vnum. Ad: Ergo non

36.

Efficax ra-
tio contra
Nomina

Disput. III. de Deo, Sect. VI.

53.

Suarez.
potest essentia diuina communicari Filio sine Paternitate, id est, non communicata Paternitate: neque hypostasis Verbi vniuersitati humana: neque intellectus generare, sine voluntate, aut omnipotentia: neque voluntas sine illis spirare: adeo ut tota essentia diuina aequaliter generet, spiret, & crearet: nec denique essentia diuina potest non produci, productio Filio, seu Fili proprieta, quae non est aliud re ab essentia. At haec omnia sunt absurdia & haeretica: ergo & principium Nominalium ex quo sequuntur, est plusquam falsum. Vnde merito Suarez. lib. 7. de Trin. cap. 1. num. 1. de opinione Nominalium sic ait: *Hac opinio si in re ipsa distinguat à communis sententiæ, est plusquam falsa. Si vero tantum in modo loquendi, est impertinens & sine fundamento, & vix permittit nobis uti verbis apud ad explicandum hoc mysterium, Tri-nitatis scilicet.*

37
Hurtad.

Hurtadus vero nouus Nominalis disput. 6. Metaph. sect. 4. s. 65. primæ editionis, fateatur quidem hoc argumentum esse difficultissimum solutu: sed tandem responder, distinctionem virtualem sufficiere. Verum ex hac virtuale distinctione manifeste sequitur distinctione practicissima, ut ante indicauimus. Quia si haec præscindunt secundum realē functionem: multo magis possunt præscindi secundum cognitionem proportionatam tali functioni. Dande hoc ipso quod affirmo vnum sine alio, id est, non affirmando aliud; præscindo per iudicium vnum ab alio. Quia sicut cognoscere vnum in alio, est præscindere per cognitionem; & apprehendere vnum sine alio, est præscindere per apprehensionem; sic affirmare vnum sine alio, est præscindere per affirmationem. Atqui affirmo de essentia communicari, sine Paternitate, id est, non affirmando id de Paternitate, de qua sine heresi non possum id affirmare: Similiterque affirmo de hypostasi Verbi, vniuersitatem de natura: & intellectu, generare, non de voluntate: Ergo &c. Amo, quia id quod affirmatur, necessariò apprehenditur & cognoscitur prout affirmatur, siue distincta apprehensione à iudicio ipso, siue non; vt scilicet est prædictio iudicativa, est etiam apprehensiva. Et hoc argumentum diligenter notandum est, quia rem demonstrat.

8.
Deus ali-
quid modo
distingui-
tur atri-
buta.

Dices hinc: Atqui Deum quoque prædictum distingui-
dere, vbia cognoscit & affirmat essentiam
communicari, non proprietatem: Intellectus
generare non voluntatem. Respondeo,
Deum præscindere eodem modo, quo iudicat.
Sicut autem non iudicat per realē compositionem: ita ne præscindit per realē distinctionem actuum, sed per similitudinem actuum, quo perferat totam virtutem
suum amplitudinem, agnoscitque quot, &
quibus, & quomodo æquivalens longè per-
sistit quā nos distinctiones verbis id cognoscamus. Conoscit item quomodo possit dis-
cerni nisi conceptibus in dæquatatis
pondere: Prosternitque v.g. Pater diuinus con-
siderare atque ac re ipsa enunciat: Ego & Fi-

lius & Spiritus sanctus vnum sumus. Sicut Christus quā Verbum de seipso enunciavit, *Ego & Pater vnum sumus.* Vnum filius est, per naturam: & non vnum, per proprietates quibus distinguimur. Affirmare autem vnum sine alio, est præscindere per iudicium, ut si-
præ ostendimus. Potest etiam Pater aeternus dicere: Ego & filius vnum sumus natura, non personâ, habetque conceptionis huic propositioni æquivalentem. At haec propositione distinguat naturam à persona, siquidem vnam alteri opposit, quodque de una affirmat, negat de altera. Consentit Arriaga vi argumenti oppressus, licet aliqui Nominalis, ut videbitur sect. 7. Item quod Deus a quo modo distinguat sua attributa, docent nobiscum præter Arriagam, Molina 1. part. qu. 28. art. 2. disput. 3. conclu. 5. Cusigia de Trinit. disput. 3. dub. 6. num. 8. Gillius lib. 2. tract. 6. Molina,
Cusigia,
cap. 12. num. 4. Capreolus, Durandus, Henr. Gillius,
c. Torres, relatio à Molina supra, & a Vasquez. Vasquez.
dispu. 118. cap. 1.

Huic primæ rationi Theologica alia addi-
potest non minus efficax & demonstrativa. Alia ratio
suppositis principiis fidei. Secundò enim, si effica-
in diuinis non est distinctio neque virtualis,
neque rationis, inter attributa essentia diu-
na, neque inter essentiam & proprietates per-
sonales, ut docent aliqui Nominales, & co-
harenter loquendo debent omnes alij doc-
re, si non corrant, quia vnum ex alio sequi-
tur, ut ante ostendimus: Sequitur primæ,
non posse distinguere secunditates & origines
actius Filii & Spiritus sancti, ita ut Filius
gignatur per intellectum, & Spiritus sanctus
procedat per voluntatem. At hoc eroneum
& haereticum est: Ergo &c. Probo sequelam.
Nam si intellectus nihil est aliud quam vo-
luntas, neque virtualiter, neque ratione: Ergo
intellectus, qui est principium generationis,
non differt vla ratione à voluntate, quæ est
principium inspirationis: Ergo est idem omnino:
quia quæ non differunt, idem sunt. Ergo idem
omnino est principium vla que productio-
nis. Ergo & eadem secunditas & origo actiu-
a, quæ est ipsum principium ut potens ad
producendum.

Dices, intellectum diuinum ut secundum
ad generandum, non esse intellectum diu-
num simpliciter, sed intellectum taliter se
habentem ut se habet in Parre: & similiter
voluntatem, ut secundum ad spirandum, non
esse voluntatem simpliciter, sed voluntatem
se habentem, ut se habet in Patre & Filio. Sed
contraria: intellectus taliter se habens, perte-
nihil est aliud ne virtualiter quidem & ratio-
ne, quam intellectus simpliciter: neque enim
vis posse vel ratione distinguiri. Similiterque
voluntas taliter se habens, nihil est aliud, per
te, quam voluntas simpliciter, & ne ratione
quidem aut virtualiter differt ab illa: ergo il-
lud, taliter, & taliter, nullam ponit distinctio-
nem inter principia productionis. Probo
consequentiam: quia vbi nihil est aliud, ne
virtualiter quidem & ratione, quæ nra-
ctus & voluntas distincta, nulla est distinctio;

E 3.

Hæc enim per te nulla ratione differunt: sed ubi est intellectus taliter se habens, & voluntas taliter se habens, per te quoque nihil est aliud ne ratione quidem, quam intellectus & voluntas divina: ergo ibi quoque nulla est distinctione. Atque hæc instantia contra hoc vñscum effugium Adversariorum valde nota est, ostendit enim evidenter illud fruolum esse, nec quicquam præter verba, aut contradictionem apertam contineat.

Sequitur secundò, si nulla est distinctione, ne virtualis quidem & rationalis, inter essentiam & proprietates personales; non esse realem distinctionem inter personas: quod hæreticum est, & Sabellianum. Probo sequelam: Nam essentia diuina non distinguuntur realiter à seipso. Atqui in diuinis nihil est aliud, per se, neque virtualiter, neque ratione, quam essentia diuina; siquidem vis proprietas personales neque virtualiter, neque ratione distinguuntur realiter. Item Pater & Filius non distinguuntur realiter per essentiam. Atqui nihil habent aliud neque virtualiter, neque formaliter, quam essentiam; ergo nihil habent per quod distinguuntur realiter. Dices habere essentiam tali modo se habentem, & p. illam ut sic se habentem, realiter distinguuntur. Sed contra, essentia tali modo se habens, per te, nihil est aliud nec virtualiter, nec formaliter, seu ratione, quam essentia. At non distinguuntur realiter per essentiam: ergo ne p. illam tali modo se habentem. Si enī modus se habendi nihil est aliud, quam essentia: nos potest esse fundamenteum, aut extrellum distinctionis, magis quam essentia. Et denique ubi nihil est aliud quam essentia, non potest per quod distinguatur, si non distinguatur per essentiam.

Sequitur tertio, non esse realem productiōnem inter personas diuinās, qđ est hæreticum & Sabellianum. Etenim productio realis debet terminari ad aliquā, quod verē & realiter producatur. At non producitur essentia, quae formaliter non producta est; formaliter autem improductum, non est formaliter productum. Nihil verē est aliud, neque formaliter, neque virtualiter, quam essentia. Ergo nihil est quod producatur. Certe vel nihil producitur, vel idem formaliter est productum & improductum; aut idem & non idem formaliter; quod est contradictorium. Confirmatur, quia vel productio realiter terminatur ad essentiam diuinam, vel ad aliquid aucto quod verē & realiter producatur. Primum est hæreticum, damnatum in Lateran. cap. Damnamus. Secundum etiam dici nequit, si non est aliud neque virtualiter, neque formaliter, si que Filius, aut proprietas Filij, nec virtualiter, nec formaliter distinguuntur à diuina essentia. Propter quæ omnia censeo, hanc sententiam cum mysterio Trinitatis non bene cohædere. Exemplum verē certe tripliciter figurata, quo e quidam queruntur, demonstrabitur alibi enim prouersus inutile, & alienum à sensu Patrum & Ecclesie.

SECTIO VII.

Respondetur principiis Nominalium argumentis.

Missis multis, quæ alibi commodiū resutabuntur, objiciunt primò, & præcipue, Gregor. Gabriel, Maior, aliique veteres Nominales, quicquid est individuum in se, & sine illa distinctione naturā suā, non potest per aliquid extrinsecum distinguuntur. At intentione seu ratio nostra est extrinseca rebus quas intelligit: ergo non possunt per eam distinguiri. Respondeo distinguendo maiorem. Non potest per aliquid extrinsecum distinguiri intrinsecè, & in se ipso, concedo. Distinguiri extrinsecè, id est, denominari extrinsecè distinctionem à conceptibus distinctis, inadæquate repræsentantibus. Nego. Distinguio autem rationis consistit formaliter in denominatione extrinseca? Cuius quidem fundamentum est in re ipsa, virtualiter ampliā, & æquivalente multis, aptaque concipi multus conceptibus inadæquatis: formaliter vero est in intellectu diversimode & inadæquate rem concipiente, quo concipiendi modo res denominatur ratione distincta, & præcisa, prout subest huiusmodi conceptibus & præcisionibus; si ut denominatur cognita, prout subest cognitioni; & visa, prout subest visioni.

Opponunt secundò, quidquid est vnum à parte rei, & simplicissimum, non potest nisi falso & peruersè concipi ut multa. Atqui distinctione rationis dicitur in eo consistere, quod vnum & simple à parte rei, concipiatur ut multa. Ergo ille concipiendi modus est falsus & peruersus. Respondeo, in hoc concipiendi modo, nullam esse deceptionem & falsitatem, aut peruersitatem: sed tantum esse præcisionem & inadæquationem, quatenus non concipiatur expressè quicquid res est. Nam qui sic concipiit, non affirmat esse distincta in seipso, ea quæ distincta non sunt, neque in intrinsecam distinctionem ipsi affingit. sed tantum exponit inadæquate rei viaus & eiusdem perfectionem virtualiter ampliā, & multis æquivalentibus propriis quod potest multis conceptibus inadæquatis exprimi. Neque etiam propriaea concipiuntur res peruersè & aliter quā sunt, quād usque ad fastidium repetunt Nominales) sed tantum non concipiuntur quilibet conceptu perfecte omni modo quo sunt, aut quicquid sunt. Perfecte, inquam, & expressè: quamuis identice nota res sint, & concipiatur. Quemadmodum quando vñscuntur Nominales recte fieri posse) concipiuntur confusa ea quæ sunt distincta; vel coparatae inter se & relatiæ, ea quæ sunt ab soluū in seipso: non præcepta concipiuntur peruersè & aliter quam sunt: quis